COM

poralem panem sed traditiones peruersas et haere-
ticas significat dogmata quae ne et tibi quibus nutritur
est populus dei non uerae doctrinae integrae quae signi-
ficet; Quaerat aliquis et dicat quomodo panes
non habebant qui statim impleant septem sportas de
ceciderunt paucula et uenerunt in fines magedan ibique
audiunt nauigantes quod cauere debeant a fermento
pharisaeorum et sadducaeorum; Sed scriptura
testatur quod obliti sint eos secum tollere, hoc est fer-
mentum de quo et apostolus loquitur, modicum fer-
mentum totam massam corrumpit; Istius modi fermentum
quod omni ratione uitandum est habuit marcion
et ualentinus et omnes heretici; fermentum hanc uim
habet ut si farinae mixtum fuerit quod paruum uide-
batur crescat in maius et ad saporem suum uniuersam
conspersionem trahat; Ita et doctrina heretica
si uel modicam scintillam in tuum pectus iecerit in breui
ingens flamma succrescit et totam hominis possessio-
nem ad se trahit, Denique sequitur tunc intellexe-
runt quia non dixisset cauendum a fermento panum
sed a doctrina pharisaeorum et sadducaeorum;

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT LIBER

TERTIUS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_177/0140